optimam eē pręcipit. Hinc nimirū Hesiodus. dimidiū plus toto eē intelligi voluit, cū ait πλέον ἥμισυ παντός, quia videlicet moderatū immoderato melius est, et ita Plato enodat Hesiodicū scriptū, q̄ libro. iij. de legib⁹. et in quarto de republica scribit rectissime dictū esse ab Hesiodo, dimidiū plus eē q̄ totū qn̄ videlicet totū comprehendē noxiū est, dimidiū vero tēperate se habet, docetq̄ principatum moderate cōstituēdū eē, et ad mediocritatē redigēdum. Consimiliter Aristoteles in iiij⁹ Politicoꝝ, dimidiū esse plus toto docꝫ, ex eo q̄ gubernatio moderata durabilior ē, et melior q̄ imoderata. Extat i appēdicula cōmentarioꝝ nr̄oꝝ in Trāquillū interp̄tatio explicatior super hoc Hesiodi paradoxotato. Q̄d moderatū immoderato an̄ponendū et optim⁹ in principatu mod⁹ sit euidēter ostēdit exēplū Theopōpi dignū memoratu, qui cum eēt rex Spartanoꝝ ephoros prim⁹ instituit. Qui ita regię potestati apud Lacedęmonios oppositi st̄, sicut apud Romanos Tribuni plębis consulatu imperio obices et refractarij opponebātur, ob id cū vxor maritū criminaret̄ dicēs eū relicturum filijs minorē potestatē fert̄ Theopōpus laudabilē vocē emisisse Relinquā (inq̄t) minorē filijs potestatē o vxor sed diuturniorē, hoc idē sensit Alexāder Romanoꝝ imp̄atoꝝ moderātissim⁹, q̄ cū ei mater Māmea et vxor Memia nimiā ciuilitatē, ac moderationē in principatu agēdo obiectarēt, et sępe dicerēt, molliorē tibi potestatē ⁊ contemptibiliorē imperij fecisti, scite rn̄dit, sed securiorē atq̄ diuturniorē Huic dies nunq̄ trāsijt q̄ non aliq̄d māsuetū, ciuile, piū fecerit, q̄ veluti sn̄iam illā probās, qua dicit̄, moderata durāt. Tātę fuit moderationis vt om̄ibus se blādū, affabilēq̄ pręberet. Aristoteles in problematis ad medicū pertinētibus secunda (inq̄t) valitudo, mediocritas quędā est frigido, et calido, et humido, et sicco, ex quib⁹ corpora mortalium cōpacta sunt, tēperatis et mediocritate quadam congruentibus quorū defectus, vel excessus morbos gignit vt medici tradunt. Et vt auctor est Plato in Timeo elemēta siue principia ex q̄bus constam⁹, per excessum defectūq̄ ex ꝓprio loco in alienū trāslata intestinā quādam seditionē, et ęgritudines inferūt. Inde em̄ fit, vt imodice aut ca-

lescāt frigida, aut madescāt arida, et cętera oīa similiter permutentur Et ita mediocritate ac temperamēto de corporib⁹ subducto mutationes varię morbi corruptiōes ꝓpe infinitę irroborāt, atqȝ inualescunt Huiꝰ Platonicę snię testimoniū citat Galenꝰ in primo de elemētis, cui subscribit schola medicoꝝ. Et Cor. Celsus astipulatur, q̄ sic refert in pmo. Ex q̄tuor pncipijs vel superās aliq̄d, vl' deficiēs aduersaȝ valitudinē creat. Columella quoqȝ libro q̄rto agricolatiōis, opus est (vt inq̄t) inter has tā diuersas inę q̄litates magno tēperamento, qđ in corporib⁹ nostris quoqȝ desyderatᷣ, quoꝝ bona valitudo calidi et frigidi, humidi et aridi, densi et rari, certo et q̄si examinato mō continetᷣ. Galenus in libris cōplexionū. Cōplexionē ęquabilē ac moderatā dicit eē optimā. Non me p̄terit causas morboꝝ plurifarias a medicis ꝓponi quaruȝ alias vocāt abditas, alias euidētes et Hippocrates in libro de flatib⁹ spiritum morboꝝ oīm patrē et auum nuncupat, veꝝ ex cunctis id colligitᷣ quod īitio ꝓpositū est, sanitatē mediocritate subsistē, optimuȝ eē in reb⁹ humanis modū, immoderata rep̄hensibilia, qđ adeo veruȝ est, vt sapiēs insipiētis, equus iniqui nomē ferat, vltra q̄ȝ satis est ꝟtutē si petat ipam, vt ex remedijs vitijs fiāt si nimia et īmoderata sit medicina. Quapropter diligēter etiā atqȝ etiā caueant medici, q̄ vitae nrę necisqȝ imperatores sunt ne in potionib⁹ medicamētoꝝ ꝓpinandis excedāt moduȝ, vt Catapotia, Alexipharmaca, vt ātidota mixturis reruȝ medicaꝝ salutari tēperamēto cōpositis ꝓpinentᷣ, vt potius intra modū medicina salutariter coerceatᷣ, q̄ȝ supra modū lętaliter exuperet Error em̄ in medico pestifer ē, nec patitᷣ emēdationeȝ, et vt auctor est Galenus in primo simplicium. Medici errātes p̄cipitauerūt secū gentes innumeras. Cibus q̄ alimur et sustētamur noxius fit corpori ⁊ exitiabilis si sit imodicus, Venę (vt auctorē Cato Porciꝰ) sufflatae ex cibo non pn̄t perspirare in toto corpe, vn̄ aliq̄s morbus nascitur. Et vt refert Joānes Chrysostomꝰ, qđ in decretis quoqȝ canonicis repetitum est. Abūdantia cibi morbū facit, ⁊ molestias ingerit, ⁊ ęgritudines generat. Proinde salutariter p̄cipit Auicenna inter classicos medicos clarissimꝰ ita surgenduȝ a mēsa vt reliq̄ę appetētię adhuc super-

sint. Uino ouq vires, sanguis, colos hoīm aluntur, cuius vtilitatem Asclepiades vix deoꝝ potētia equari posse pnuntiauit, nihil pnicio/sius vt inq̄t verissime Plini⁹ si modus absit. Idē alibi velut ex oracu lo cecinit multo vtilissimā esse tēperantiā in cibis. Item inť medici/nas ab hoīe pendentes eē ait abstinere a cibo nimio aut potu. Uino modico nerui iuuātur, copiosiore ledunť, sic et oculi, q̄d multa: Adeo ātiqui moduꝫ eē optimū in rebus crediderūt, vt ī agricolatiōe in quā/to q̄s maiora possidet latifundia, tāto fortunatior censeť, moduꝫ agri in primis seruādum putauerunt, q̄ppe ita cēsebant satius eē min⁹ sere/re et meli⁹ arare, super quo Luci⁹ Columella om̄is rusticationis con/sultissimus sic scribit. Nos ad cetera p̄cepta illud adijcim⁹ quod sapi ens vnus de septē in perpetuū posteritati pnuntiat adhibēdum mo/dum mēsurāqꝫ reb⁹, idqꝫ vt nō soluꝫ aliud acturis, sed et agꝝ paratu ris dictū intelligať, ne maiorē fundū q̄ꝫ ratio calculorū patitur emere velit. In eadē snīa Uirgiliū fuisse aiaduerto ita pcipientē. Laudato ingētia rura, Exiguū colito. Plini⁹ quoqꝫ noster, cui nihil intētatuꝫ, nihil iexpertū fuit, Iudico in q̄t modū reꝝ oīm vtilissimū. Quietiaꝫ iuriscōsulti modū in supplicijs decernēdis pbātes salubriť p̄ceperunt pœnas iterpretatōe legū molliēdas moderādasqꝫ potius eē, q̄ꝫ exaspe/rādas. Igiť ne imodici imoderatiqꝫ iudicemur, claudam⁹ modū op/timū vtilissimūqꝫ eē reꝝ oīm, cōcinentes cum Sidonio Apollinari. Lindie q̄d Cleobule canis mod⁹ optimus esto. Itē Lidie tu Cleobu le iubes mod⁹ oībus vt sit. Inť Cleobuli snīas celebriores ⁊ ille sunt. Ingrat⁹ ne sis, Amicos bn̄ficijs fouēdos, inimicos amicos faciēdos Anq̄ꝫ domo q̄s exeat q̄d acturus sit secuꝫ cogitet. rursus cum redierit q̄d egerit remetiať. Uxorē comparē eligēdaꝫ, audiēdi magis q̄ꝫ loq̄n di studiosuꝫ eē oportere. ¶ Subsequiť q̄rto loco Thales Milesius, q̄ (si Apuleio credim⁹) ex septē illis sapiētiae memoratis viris fuit fa cile precipu⁹ vtpote qui Geometriae p̄mus repertor extiterit, et natu/re reꝝ certissim⁹ explorator, et astroꝝ peritissimus contemplator, qui aquā principiū reꝝ eē censuit, cui tripos ex oraculi p̄scripto datus est, quum sapiēti dādum eē cecinisset Is itaqꝫ vadimonia perin̄ ac noxia

præcipit fugiēda, cuius sunt verba εγγυα παρα δ' ατη latine dr̄. Sponde noxa præsto est. Per mille possum (vt Ausonij verbis vtar) currere exēpla, vt probem prædes vadesq; pœnitudinis reos, sed nolo noiatim quenq; dicere, sibi q̇sq; vestr̄ dicat & secū putet, spōdere quātis dāno fuerit & malo. Plini⁹ inquit comitē æris alieni atq; litis eē sponsionē, eamq; sniām assignat Chiloni Lacedæmonio. Sūt nō par̄ multi codices Pliniani, in q̇bus nō sponsionē legas, sed miseriā, vtraq; lectio suos assertores habet. Plato in Charmide inscripta esse pro Apollinis Delphici templo testatur tria hæc præcepta. Nosse se quenq;. Nil nimis, et spōsioni adiūcta incōmoda. Laertius Diogenes Chilonis (inquit) haec sentētiola est, spōsioni nō deesse iacturaʒ. Sed pleriq; oīes eaʒ assignant ascribūtq; Thaleti, quod & nos seq̄mur. De quo Sidonius Apollinaris. Thales Mileto genit⁹ vadimonia culpat, et aliubi Mileto q' crete Thales vadimonia dānans. Ex hoc saluberrimo p̄cepto admonemur cauere a spōsionibus, ne v̄borū obligationib⁹ vinciamur, ne prædes, vades, spōsores, quod detrimentosum ē, efficiamur. Multos redigit ad inopiā & egestatē formula illa stipulatiōis. Mihi decē dabis? dabo. Mihi decē daē spōdesne? spondeo. Hoc ē illud damnosum v̄bum, de quo intellexit Ouidius illo v̄siculo. Unius vt v̄bi grādia dāna ferat. Haec ē Plautina stipulatio ex Pseudulo, vbi senex stipulat̄ verbis ita cōceptis Uiginti minas dabūt? Respondet leno dabuntur, et ita ex hoc verbo obligatus viginti minas soluere cogitur. Uñ mox queribūdus dolenter infit Auferetur id præmiū a me, qd̄ p̄misi p̄ iocuʒ? Cauete ergo hoc v̄buʒ spōdeo, cui comes est noxa, siue iactura. Cauete a stipulatiōe, q̄ obligat p̄missores, quæ, vt diffinit Pōponius iuriscōsultus titulo de v̄boruʒ obligationib⁹, est verbor̄ conceptio, q̇bus is qui interrogatur daturū factur̄ ve se id, qd̄ interrogatus ē spondet. Pragmatici hoīes in callido versutoq; iure solertes, quor̄ aucupia sunt verborum syllabarumq; tendiculæ oībus preceptis, histor̄ijs, versibus cauere iubent et vetant credere. Alter̄ se facere ait. M. Tullius. vt s. caueat. Alterum, vt nō credat se facere nō posse. Uos vtr̄q; facite diligēter cauete, nec temere

credite. Nã qui cauet ne decipiat (vt inqt Plautin⁹ senex) vix cauet, quũ etiã cauet, etiã quũ cauisse rat⁹ est, sepe is cautor capt⁹ est. Apud Liuiũ ait Philippus Macedonũ rex, nõ oĩm se fidei credere. Cauẽdi autẽ credendiq; intellect⁹ multiplex ẽ, et ad multa ptendit. Uerbũ illud vet⁹. Nõ putarã, in omni negocio turpe ẽ, cuius comitẽ scito te esse poenitentiam. Subit hac in parte admirari priscoꝝ diligẽtiaz, qui reos dici voluerũt eos, qui q̃d pmisissent spopõdissent ve Caueamus ergo, ne p sponsionẽ in numero reoꝝ habeamur. Ne vni⁹ verbi fluctu in dispẽdij scopulũ illidamur Thaletis ⁊ illę sinię circumferũt Antiquissimũ oĩm esse deũ pulcherrimũ mundũ, Uelocissimũ mẽtez, quę per vniuersa discurrat, Sapiẽtissimũ tẽpus, quo omnia inueniantur. Idez triũ maxime reꝝ causa gratias sese agere naturę dicebat, q̧ homo et nõ bellua: q̧ vir et nõ foemina, q̧ grecus natus esset, ⁊ non barbar⁹ ¶ Sed iã pacto q̃rto curriculo, quintum decurramus. Cuius quadrigarius ac ductor est Bias Prienensis. Is olim filio ad Aegyptios pficiscẽti precepit, vt ἐφόδιον πρὸς γῆρας id ẽ viaticũz ad senectutẽ sibi cõparet, virtutẽ nimiꝝ p viatico intelligẽs, quę sola est certa ac vera possessio. Idẽ quum patriã Prienam cepisset hostis cęteris multa de suis rebus: dũ fugiunt, asportãtibus admonit⁹ a quodã, vt idem ip̃e faceret. Ego vero in qt facio, nam omnia mea mecũ porto, Hui⁹ itaq; Biãtis est illa sentẽtia οἱ πλεῖστοι κακοί latine dicitur, plures sunt mali, q̃z sit hoc vero veri⁹ homo nemo gnarus sciusq; reruz humanaruz est, qui ambigat. Deterioruz magna natio est, vt inquit verissime Cicero, boni vero singulares. Omne tẽpus Clodios (vt Senecę verbis vtar) non omne Catones fert. Ad deteriora faciles sum⁹. et Catilinaz (vt ait Satyrograph⁹) quocũq; in populo videas, quocũq; sub axe. Sed ne Brut⁹ erit Bruti nec auũculus vsquã. Raro q̃ppe boni numero vix sunt totidẽ quot Thebaꝝ portę vel diuitꝫ ostia Nili. Apd Sodomitas vt canonicę scpturę pdiderũt, dece boni inuẽti nõ sũt, q̃ruz bonitate improboꝝ vitiositas sustentari possz. Mores boni vt inqt Plaut⁹ in trinũmo sũt intermortui. Mores vo mali q̃si herba irrigua succreuerũt vberrime

Cum videris foꝝ multitudine refertū et septa cōcursu oīs frequentię plena, scito illic tātundē eē vitioꝝ quātuꝫ hoīm, oīa vitijs ac scelerib⁹ plena sunt, mali inter malos viuim⁹. Nobiscuꝫ bn̄ agit̄ si inter pessimos nō sim⁹. Quoties viꝝ bonū videꝫ ꝯtigit. illi assurgito, illi caput aperito, illū vt deū colito, via vitioꝝ lata ē, ⁊ decliuis, ⁊ ideo cūctis puia via ꝟtutis āgusta cliuosa senticosa, et ideo paucissimis patens. Fimbria oliꝫ iudex elect⁹ in causa Pinthię, q̄ sponsionē fecerat, ꝙ vir bon⁹ eēt, iudicatu illo supsedit dicēs non liquet. Qm̄ vt vir bon⁹ aliq̄s sit, ea res innumerabilib⁹ officijs et laudib⁹ continetur, et vt dicē solebat Pittach⁹ perdifficile est bonū esse. Quidā malos int̄pretant̄ imperitos et barbaros, q̄ ius, ęquum, sacros mores negligūt. Tāquaꝫ plures dixerit Bias esse impitos ac iniquos. Quod euidētissime planuꝫ est, quot⁹ eīm̄ quisqꝫ aut perit⁹ aut peritię est affectator: quotusquisqꝫ studet igenuis disciplinis: imperitia atqꝫ barbaria hoc tpe grassatur ⁊ viget, explosa eliminataqꝫ eruditione atqꝫ humanitate Idiote ludibrio sunt, si qui sunt boni. Imperiti in honore sunt atqꝫ aestimatione periti probro atqꝫ cauillis obnoxij eē ceperunt. Magna est vt dicebat Tusculanus Cato ꝟtutis incuria. si mali impiti, boni cōsequēter periti dicent̄, et quis nō videt inter mille vix millesimū bonum hoc ē peritū nemo dici posse: Malos ab ātiquis ꝓ vilissimis dictos eē docet Plini⁹, sic scribēs. Quonā mō in q̄t vilissime colūtur agri: Ex oraculo scꝫ malis ac bonis. Itaqꝫ cū abaui dicerēt malos intelligē voluisse vilissimos. Qd̄ si mali ex hoc Pliniano interp̄tamēto ꝓ vilib⁹ accipiuntur, q̄s non videt plures esse viliores, despectiores, sordidiores: quisquilias hoīm et retrimēta: Exēplis res non eget q̄ luce clarior est Nos quoqꝫ ne mali dicamur siue improbi, siue imperiti, siue viles, elaborem⁹ contēdamus enitamur, ne iter malos enumeremur, vt sententia Biantis vanidica et mendax cōprobet̄ in nobis. immo enixe curemus vt poti⁹ similes sacerdotib⁹ Aegypti, quos piromas vocant Est autē piromis gręca lingua καλοσ και αγαθοσ. id est honestus et bonus. Hic idē Bias dicere solebat, Malle inter inimicos iudicare q̄ꝫ inter amicos, quippe ex amicis alteꝝ prorsus futuꝝ inimi

cum. & inimicis autē alterꝫ amicum. Idem interrogatus quidnam faciēs homo delectaretur: lucrās inquit ¶ Sexto curriculo procedat ad cursurā Pittacus Mitylenęus qui Phrynonem Atheniēsium ducem monomachia hoc ē singulari certamine cōgressus interemit. cum instar Retiarij rethe emisso illum implicasset, huiusce Pittaci illa ē celebrata sententia γνωθι καιρον latine dicit noris tēpus, vel noris opportunitatē siue tempestiuitatem. Romana vox ē, veni in tempore Interpretatio huiusce sapiētissimi dicti saluberrima ē, vt scilicet norimus in rebus agēdis, obseruemusque opportunitatē, vt in tempore cuncta aggrediamur. Terentius. Rem oīm eē primum tempus ait. repetent cuncti vt verbis Ausonij vtar quotus offensam incidat, spectata cui nō fuerit opportunitas. Medicus in danda ęgroto medicina norit καιρον. id est tempestiuitatē. Nā vt inquit ille. Temporibus medicina valet. Cōtra nihil ē in morbis magis periculosum, nec magis perniciosum quam immatura medicina, quod et memorat Seneca in libro ad Albinā matrem, de consolatione pręcipit Plinius noster cauēdum ne in remedijs vitia fiant. Quod euenit nimia aut intēpestiua medicina. Nolo cōmemorare quam multi ita pereāt dum intēpestiua pharmaca propinantur. In cibo quoque dando o medice γνωθι καιρον nosce quādo intempestiuum est. Nam vt verissime scribit Cornelius Celsus optimum medicamentum est opportune cibus datus, qui quando dari debeat inter medicos nō satis cōstat. Notum est illud Ouidianum. Ipsa leget tempus medici quoque tempora seruāt, καιρος id ē tēpestiuitas tātum pollet, vt vinum quod alioqui noxium est languētibus in tempore datum medeatur. Quod Ouidius quoque planissime significat illo versu. Data tempore prosunt Et data non apto tempore vina nocent, huius rei obseruationē probe callebat Asclepiades qui primus vino opitulari inuenit, dando scilicet κατα καιρον, id est in tempore, qui vnum de vino dādo volumem cōdidit. Hippocrates in Aphorismis et Galenus libro sexto, simpliciū docēt dolores oculorum vino meraco solui, quod ita interpretamur, si tempestiuiter detur. Tu qui aditus faciles ad principem queris, cupisque voti cōpos euadere γνωθι

ΚΑΙΡΟΝ noris oportunitatē, & q̄ mollissima fandi tempora. Cuius præcepti gnarus poeta sic cecinit. Sola viri molles aditus et tempora noras. Plautus oportunitatem innuēs efficacissimā esse in rebus ait in Pseudolo, ip̄a mihi opportunitas nō potuit opportunius aduenire. Item in Menechmis non potuisti magis per tēpus mihi aduenire q̄ꝫ aduenis. Ita ego soleo, cōmoditatis oīs articulos scio. Historici ꝓdiderunt Vespasianū id temporis fuisse facillimū indulgētissimumq́ꝫ, quo in balneū tricliniūq́ꝫ transibat, eaq́ꝫ momēta atq́ꝫ occasionem domesticos ad aliquid petēdum magnopere captasse. Consimiliter vos, q̄ vultis apud p̄ncipē impetrabiles eē captate id tempus, quo remissior, hilarior indulgētior esse solet. Scitote plus pollere tempestiuitatē hanc ad successus petitionū, q̄ꝫ adipem leonis, q̄ꝫ sanguinē basilisci, q̄ꝫ spondylō draconis, q̄ꝫ anguinū dryudarū ouū, cęteraq́ꝫ id genꝰ ꝓmissa magicę vanitatis. Cōtra nō pauci multi intēpestiuę interpellātes merito repulsā patiunt᷑. Quibꝰ illud Nasonis dici p̄t. Nō adiit apte nō legit idonea credo tempora. Horatiꝰ probe callēs quantū ΚΑΙΡΟΝ id ē oportunitas polleat sic scribit. Nisi dextro tēpore Flacci verba per attēta nō ibunt Cęsaris aurē Idē mittēs Augusto libꝝ monet portitorē vt tēpestiuit᷑ adeat videlicꝫ Si validꝰ si lętus erit, si deniq́ꝫ poscet. Qui fabricā materiā tractas, qui cōtignationes domi struis ΓΝΩΘΙ ΚΑΙΡΟΝ q̄n tēpestiua sit ad cędendum materies, quā cędi tempestiuū eē Luna senescēte Piniꝰ Columella Paladiꝰ Vegetiꝰ cęteri tradiderunt. Pręterea tēpestiue materies cędit᷑ a p̄mo autūno ad fauoniū, vt docꝫ Victruuiꝰ a solstitio ad brumā vt p̄cipit Cato. Per ver vt arbores intēpestiuę cędunt᷑, cū id tp̄s sint pręgnātes. Et cōsequēter imbecillę, sicut etiā corpora muliebria cum cōceperint iudicātur infirma. Tempestiuiter materies si firma ac durabilis in structuris neq́ꝫ pādationibꝰ obnoxia est. Cōuenit autē inter eruditos vtilissime sterni in coitu Lunę, quē diē alii interluniū, alii intermenstruū, alii Lunę silentis appellāt. Qđ si cōpetāt coitꝰ in nouissimū diē brumę illā ęternā futurā materiam spōdent. Apđ antiquos p̄mo punico bello. classis Duilli impatoris ab arboribus excisa

septuagesimo die nauigauit, secūdo quoqꝫ punico bello classis Scipio/nis q̄dragesimo die a securi nauigauit. Tātum tēpestiuitas in cedēn/da materie pollet. Queret fortasse curiosus auditor cur materiaꝫ tam sepe nominauerim, nusquā lignū. Si q̄s est q̄ id q̄rat ille sciat ꝯsulto meid fecisse et sciēter, atqꝫ ex latinitatis elegātia. Nāqꝫ vt ex libris iu/risconsultoꝝ didicim⁹ vt docet Ulpianus de legatis tertio, ligꝰuꝫ dici/tur q̄cquid cōburendi causa paratū est. Materia vero, q̄ ad edifican/dum, fulciēdumqꝫ necessaria ē. Ideoqꝫ lignis legatis arbores materie causa succisas nō deberi. Idē iurisconsulti titulo de tigno iniūcto et ti/tulo de verboꝝ significatiōe docēt appellatiōe tigni materiē omneꝫ cō/tineri, ex qua edificiū cōstat. De materia siue materie in hoc significa/tu scatent volumina eruditorū. Inde materiatio et materiatura Ui/truuio Inde fabrica materiaria Plinio ꝓ tignaria, cuius inuētor fuit Daedal⁹, hinc ip̄e faber tignari⁹ elegāti vocabulo dict⁹ a Plauto ma/teriarius. Sed iaꝫ temp⁹ est vt ex via in semitam regrediamur. Qui emit: vēdit, negociat, noscat Καιρον id ē oportunitatē. Emptor ca/ptet tp̄s vt emat paruo, vēditor vt vendat magno. Etem̄ vt precipit M. Uarro tūc vendas cū caritas ē, negociator vt cū lucro mercatu/rā exerceat, obeat tēpestiue fora reꝝ venaliū. Amator amicā in tp̄e ac/cedat cū tempestiuū est, cum leta puelle mēs et anim⁹ ad veneria pro/pensior. Agricola omnē rusticationem κατα καιρον id est tem/pore exerceat. Naꝫ vt inq̄t poeta. Frigidus agricolam si quando con/tinet imber Multa forēt que mox coelo ꝓperāda sereno, Maturaē datur. Messis, vindemia, oleitas, sationes, insitiones, propagationes tempestiuiter fient. Constat frumenta si tēpestiue decisa sint, in hor/reo grandescere, contra arbores intempestiuo calore aut gelatione sen/tire vredinem, siderationem, carbunculationem. Deniqꝫ vt summatiꝫ explicem omnis actio, omnis vita, suā exposcunt tēpestiuitatem, quaꝫ qui nouerit ille fortunatius pleraqꝫ omnia aget, ⁊ commodius Pit/taci et ille sentētie sunt. Depositum cuꝫ acceperis redde. Amico noli maledicere, nec inimico quidē Pietatē colito. Frugi esto. Ueritatem custodito. Quod factur⁹ es ne dixeris, quia si facere nequeris ridebe/

ris. Interrogatꝰ quid infidum esset, mare inq̄t. Item percunctāti q̄d
eēt optimum, respondit bene agere. ¶ Superest septimum, nouissi-
mumq; curriculū, quo decurso ad metā prouehemur. Cursor autem
ꝓgrediatur q̄ agmen cogit Periāder corinthiꝰ, qui principibus sum-
ma ope enitendū suadebat vt si tuto vellēt dominari beniuolētia non
armis stiparētur. Ex eius penario prōp tum est penu illud scitissimi
saporis μελετην το παν, id est meditationem eē totum, q̄ppe
is solꝰ rei gerēdę est efficax, q̄ prius omne negociū meditat̄. Nam vt
inq̄t elegāter Ausoniꝰ locare sedes, bellum gerere, aut pellere, magnas
modicasq; res etiā paruas q̄q; agere volentē, meditari decet. Segni-
ores omnes incœptis sumus meditatio si rei gerēdę defuit, cogitare
oportet in rebꝰ omnibus q̄d gerendū sit. Etem̄ cogitātes fors nō cō-
siliū regit. Salustiꝰ dixit cōsulto opus esse, ⁊ vbi consulueris mature
facto. Temeritas stulta et infœlix est, vt inquit apud Titum Liuiū
Fabiꝰ maximus, Consultatio meditatioq; rebus consulunt et priua-
tis et publicis. Latinus Vergilianꝰ incogitantiā improbans medita
tionē probans sic infit. O pręstās animi iuuenis quātum ipse feroci
virtute exuperas, tāto me impēsius ęquū est. Cōsulere atq; oēs metu-
entē expēdere casus. illud Terētianū quis ignorat: om̄ia prius con-
silio q̄; armis experiri decet. Romani ānuos magistratꝰ, quoꝝ maxia
foret potestas creauere. Cōsulesq; appellauere, nimiꝝ a consulēdo tā-
q̄; consilio et consultatione rectores administratoresq; reipublicę cunc
ta moderari debeant. Quid principi magis expedit, q̄; habere cōsilia-
rios prudentes ac circumspectos, quoꝝ meditatione consilio cōsulta-
tione cuncta perpēdat: liberet, examinet, vt omnia fiant ad libellā et
normā, ne quid deliret amussis. Agamēnon Homericꝰ optat non de-
cem similes Aiacis q̄ fortitudine cēsetur. sed cōsiliarios decem tales,
qualis fuit Nestor. Sic enim inq̄t, τοιυτοι δεκα μοι συμ
φραδμονες ειεν αχαιων. Quod sic acciderit non dubitat,
q̄n breui Troia peritura sit, etenim magnę res vt ait. M. Tullius
geruntur cōsilio ratione sentētia. Vlysses apud Ouidium eludens
Aiacis stoliditatē inquit. Tu vires sine mēte geris, mihi cura futuri

est. Et mox paulo. Pectora sunt potiora manu vigor omnis in illis. Meditatione cuncta fiũt meliora et factu faciliora vt Vegeti⁹ docet Grecum epigrāma non hāc Periādri de meditatione sentētiam ce|lebrat, sed ΧΟΛΟΥΚΡΑΤΕΕΙΝ. Quod verbũ significat irę tempe|rādum esse. Quod preceptũ et ipm q̄ salubriter detur mortalib⁹ quis non videt: Cum ira breuis insania siue breuis furor sit, vt docti autu|māt, quam frenis moderari ac compescere nō mediocris sapiētię ē. M. Tullius in ep̄la ad Quintũ fratrem ꝓtreptica, hortatur, monet, pręcipit vt resistat iracundię, vt linguā in ira cōtineat, vt animo ꝛ ratiōi cum sit iratus moderet. Nā si implacabiles iracundię sunt summa ē acerbitas. Aiacē in mortem egit furor, In furorem ira. Cętera vitia impellũt animos, ira pręcipitat. Maximũ remediũ est irę mora atq; dilatio, vt p̄mus eius furor relāguescat, proinde Athenodori illud sa|lutare pręceptuz habere cordi atq; memorię operępręcium duco, qui Augusto Cęsari sic pręcepit. Cuz ira te o Cęsār ceperit nihil p̄us neq; dixeris, neq; feceris, q̄ ipsas vigintiq̄tuor literas elemētarias tecũ ip̄e percurreris. Tres sunt affectus, q̄ omnes hoīes in omnia facinora p̄ci|pites agunt. Ira, Cupiditas, Libido. propterea poetę tres furias eē dixerunt q̄ mentes hoīm exagitent. Instar eñi furiarum hi tres affec|tus, irę, cupiditatis, libidinis mortales dementat, stimulis agitant, furore perturbant. Stat q̄dem Aristoteles irę defensor ac propugna|tor dicens. Iam calcar atq; cotem eē virtutis. Sed huic Aristotelicę sentētię reclamāt ac refragātur. M. Tullius, Seneca, ceteri a q̄bus proditũ est iratos ꝓprie dici exisse de potestate, id ē de consilio, de rati|one, de mente. Et cum ira insania sit, negant vtilem esse insaniaz aut naturalē. Grāmatici irę ab eo quod ē ire dici tradũt, eo q̄ a se eat qui irascitur et furit. Qui ergo a seipso abire nō vult, nec mētis inops fie|ri irā suffrenet, et hunc temporariuz animi motum impotētissimum coerceat. Quęri solet q̄d ira distet ab iracũdia. Scitote iram ex causa nasci. Iracundiā de vitio multũ irascētis, sic et iratum iracundumq; distingui, vt irat⁹ ex causa sit, iracũdus ex natura, et sicut ebri⁹ differt ab ebrioso, ita iratus ab iracundo. Nāq; ebriosum dici proprie volũt

eum qui ebrietatis vitio obnoxius est. Ebriū vero, qui interdū vino grauis sit et impos sui. Potest eīm qui ebri⁹ est tunc primū esse, nec habere hoc vitiū. et qui ebriosus ē sępe extra ebrietatē esse. Consimiliter iratus potest esse nō iracundus. et iracundus q̄ iracundię obnoxi⁹ significat, potest aliqñ iratus nō esse. Cęteꝝ quoquo mō etiā atq3 etiā nobis cauēdum ē, ne irę ne iracūdiae ꝓcliuitate rapiamur, ne irati, ne iracūdi simus. Quod vitiū tam deforme est, vt fœda visu et horrenda fiat facies irascētiū, vt flagrēt oculi, vt capilli surrigantur, vt ore toto multus rubor erūpat, vt labra mordeātur. Dētes arietent. Possem infinita prope cōgerere pertinētia ad vtrāq3 hanc Periādri Corynthij sentētiam. qua dixit totū cōtineri meditatiōe, et iracundiā esse frenādā. Sed nos immēsū spatijs cōfecimus ęquor. Et iā tēpus ęquū fumātia soluere colla. Jā decursis septē curriculis ad metā ꝑuecti sumus. Eiusdē Periādri illę quoq3 sñię sunt. Bona quies ē. Jn rebus secūdis esto moderatus in aduersis prudēs. Quodcūq3 pollicitus fueris seruato. Non peccātes modo verum et peccare gestientes punito

¶ Hic est orbiculatus gyrus septē Gręcię sapientum Quorū noīa Delphic⁹ Apollo, cū quęreret quisnā primus sapiētū foret in orbe tereti incidi iussit, ne ꝓmus eēt, ne velim⁹ quispiā. Habetis dicta sapientū q̄ vt inq̄t Socrates apud Platonē in Phędro, nunq̄ sunt cōtemnēda, habetis sñias phorum publice ꝓuatimq3 vtilissimas. Breues pariter et longas, breues in verbis. longas in sensu. Quaꝝ cortex medullā tegit, obducitq3 succosiorē, habetis hāc de septē sapientibus decursionē veluti prodromon id ē precursoriā legitimi ānuiq3 curriculi nostri literarij. Jn quo eplę Plinij cum Ualerio Flacco iūctim ibunt. et vna ad metas ꝑ interuallatos cursu ꝓgredientur. Erit opinor operę precium spectatorib⁹ spectasse horunce cursoꝝ gradus omnis, vestigia, sudores: āhelationes, hoc est erit fructuosum auditorib⁹ me pręuio et interꝑte diligenter pensitasse obseruasse obedisse in Plinio et Flacco. elegantiam eruditionē schemata Tropos, cęteraq3 omne genus illustramēta. Nos ꝓ virili pte elaborabimus, vt Plinianę epulę et Flacci edulia nostris conditurīs condiātur, vt nr̄o embam-

te hoc ē in tinctu ⁊ conditione fiāt suauiora esculētioraq̃z, faciātq̃z ad stomachum epulonū. Qđ si quid duriu sculuz dentes offendet id per nos māsuz mollitūq̃z fiet. Ita vt cū voluptate deduci in vētriculum transmittiq̃z possit. Occurret fortassis hoc in loco curiosus auditor. et mussitās dicet. Bene quidē o orator ⁊ bene dixisti. sed quorsuz istec tam bene: quid istęc tā longa de septē sapientibus explicatio ad Plinij ep̄l'as pertinet, et Flacci argonautica: Quid manus figuli dū amphorā formare debet vrceū finxit: Ego isti id quęrenti ita breuiter libera voce respōdeo. O auditor curiose nolito hinc ansam capē calumniādi. Scito proemia in causis non parꝫ multis maxima libera esse et longe a materia duci, vt Isocrates et Gorgias apud grecos factitarūt vt Salustius Crispus apud nostros in bello Jugurthino et Catiliniano, nihil ad historiā pertinētibus ꝑncipijs orsus ē, deniq̃z in gymnasio libero libera ē oratio, libera lingua, dūmodo citra maledictū euagetur, et citra fastidium, principia vndecunq̃z ducta si modo decte dicta sint laudem merentur, nec rationem semper reddere cogitur oratorię dictionis orator. maximeq̃z si a secta deuius non aberrat.

Libera voce,

¶ Mos est causa perorata gratias agere auditoribus. Uos pro gratiaꝝ actione accipite Tetrastichon, quo septez sapiētum pręcepta eodem ordine complexi sumus, quo sunt explicata, vt ita facili⁹ memorię atq̃z animis vestris inhęrescant.

Respicito finem vitai. Noscito temet
Optima mensura est, Sponsio damna dabit.
Plures nempe mali, Peridonea tempora nosce.
ΤΟ ΠΑΝ consilium cum ratione regit,
¶ Finis

¶ Dauentrię ex officina literatoria Alberti Paefraed
Anno Seruatoris nostri Millesimo q̄ngentesimo decimo septimo mense Maio.

1517

